# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Potestas r
### cum uariis

Si ipsis dignitatibus ac potestatibus inesset aliquid naturalis ac proprii boni, nunquam pessimis prouenirent. Neque enim sibi solent aduersa sociari; natura respuit ut contraria quoque iungantur. Ita cum pessimos plerumque dignitatibus fungi dubium non sit, illud eciam liquet natura sui bona non esse que se pessimis herere pacientur.

Boecius de consolatione libro II.

________

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

ac] aut C; sibi solent] solent sibi C; quoque] queque P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; ita] itaque P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; pacientur] patiuntur P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; de consolatione libro II.] libro II. de consolatione C